Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



11

similia iustus: sed iustus ppter iusticiam coronatur: in iustus v. ppter iniquitatem damnatur. Hinc psalmista dicit. Iudica me ds: et discerne causam meam. Vnde bene ppter uerbum di et testimonium xpi se dicit relegatum: n ppter homicidium aut cetera crimina. Ex illis quippe erat uni quib: dns dicit. Beati eritis cum uos oderint homines: et separauerint uos et exprobrauerint et eiecerint nomen urm tamquam malum ppter filium hominis et cetera: gaudete qd nomina urra scripta sunt in celo. Omnis enim qui idcirco passionem patitur: quia diuinitatem et humanitatem filii di predicat: fide et opere: beatus erit. Et talibus secreta celestia reuelabuntur: cum ad uisionem puenerint sui creatoris. Fui in spu in die dominico. Hic iam apte demonstratur beatum iohannem hanc uisionem n corporaliter sed in spu uidisse: n tamen in somnis sed in extasi raptus e. sicut etiam et ezechiel: qui cum sederet in domo sua et senes iuda sederent coram illo. ductus e mente in iherusalem. Itaq; sicut dictum est. nichil p corpus uidit t audiuit t sensit t intellexit: nec ipsam carnem fundritus deseruit. quando hanc reuelationem uidit: sed discendo eius spm. a spu docente assumptus. quam alta et mystica potuit intueri. Hoc tandum autem qd se n in die sabbati aut sexta feria: sed in die dominica raptum fuisse dicit. Solet enim qualitas rerum ostendi p qualitate temporum. Hinc e qd abraham in feruore fidei suae angelos meridie uidit. et loth in p̄dictione sodomae uespere. adam dnm p meridiem: salomon quoq; sapientiam non seruaturus in nocte p̄cepit. Ita ergo in hoc loco p diem dominicam apte fides intelli-